

IOHANNIS CHRISTIANI DANIELIS
SCHREBERI
LITHOGRAPHIA
HALENSIS

EXHIBENS
LAPIDES CIRCA HALAM SAXONVM
REPERIVNDOS
SYSTEMATICE DIGESTOS
SECUNDVM
CLASSES ET ORDINES
GENERA ET SPECIES
CVM
SYNONYMIS SELECTIS ET DESCRIPTIONIBVS
SPECIERVM

PRAEFATVS EST
IOH. IOACH. LANGIVS

MATH. P. P. O. ACAD. IMP. NAT. CVR. ET REG. BORVSS.
SCIENT. COLLEGA

CVM FIGVRIS AENEIS

HALAE
IMPRESSIT IOH. IAC. CVRT
cfo 18cc LIX

TSCHIRNHVSIANO facile in vitrum nigrum abiens, tectum humo nigra, quae sinditur in frusta subprismaticā, cum acidis valde efferuescit, in igne bitumen foetet.

Gemina igitur est cretae terrestri conchaceae. LINN.
S. N. quae huius est varietas.

131. CRETA gypsea.

Lac lunae. LERCH. oryct. p. 14.

Locus: Hala in bortō paedagog. Reg. in frustis vagis inter limum.

Constat terra subfriabili candida, particulis impalpabilibus cobaerentibus, frustis oblongis lobatis, miculis spati saepe distinctis. Aquam imbibit, vix humectanda, nec in ea dissolubilis; acidis non efferuescens; in igne in calcem mutatur, sub vitro TSCHIRNHVSIANO calcinata ebullit, fumos eructat sulphureos, diutissime vero persistit absque mutatione, superficie vix tandem inducta crusta tenuivitrea albida; post calcinationem cum frigida nec efferuescit, nec induratur.

Non ergo est lac lunae, nec terra margacea, argillosa, aut calcaria; sed indolis gypseae; a gypso communis tamen nonnihil diuersa.

Vsus: medicus pro lacte lunae insolitus, infidus; mechanicus cretac.

A R G I L L A.

132. ARGILLA calcaria. LINN. S. N. 49, 1.

Locus: Giebichenstein, Seeburg.

Est sordide r̄nbra, cum acidis efferuescit, micacea.

133. ARGILLA fissilis. LINN. S. N. 49, 2. Blätterleimen.

Argilla pinguis in bracteas dehiscens et in aëre deliquescentes. WALL. min. 19.

Marga viridi-fusca, terra fullonica vulgo dicta. D'ACOST. fossil. I. p. 69.

Limus striatum positus, LERCH. oryct. p. 8.

Locus: